

Lessus ad Bustum ... Dn. Heinrici von der Osten/ Consiliariorum citerioris Pomeraniae ... Cum Annos 56. natus, die 18. Augusti anni 1659. ... ex hac mortalitate evocatus, 8. Februarii anni 1660 in Aristicratica & solemniori Panegyri efferebatur & Ad. D. Nicolai Stralsundiae deponebatur


Stralsund[ij]: Meder, 1660


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776199870>

Druck Freier  Zugang



Balthasar, A.,
auf
H. v. d. Osten.
Stralsund, 1660.





LESSUS

ad

Bustum.

*Magnifici, Generosi ac Strenui, Antiquitate Generis,
Virtutum splendore & plurimis in Publicam & Privatam
Patriæ salutem Maximè illustris*

DN. HEINRICI

von der Osten/

Consiliariorum citerioris Pomera-
niæ Gravissimi, jam longè desideratissimi
in Plüggentin/ Penkubn und Batevis
Hæreditarij

Cùm

Annos 56. natus, die 18. Augusti anni 1659. per præmatu-
rum, attamen beatissimum obitum ex hâc mortalitate
evocatus, 8. Februarii anni 1660

in

Aristocraticâ & solemniori Panegyri efferebatur

&

Ad D. Nicolai Stralsundia deponebatur,

perscriptus

Condolentia & Observantia ergò

à

Subsignatis Megalandris, Theandrisq;
nonnullis & Theophilis.

StralsundI, Literis Michaelis Mederi.



N tumido fragilis veluti natat æqvore puppis,
Qvam rabida iratis fluctibus unda petit;
Incerto cursu miseri sic volvitur omnes,
Errat ut indomitis acta carina vadis:
Nos hæc peccati ferimus stipendia quotqvot
Nascimur in mundum turba caduca malum;
Sancta hic nil pietas, nil virtus cana meretur,
Esse necesse mori lux tibi prima probat.
Qvi fuit eximium patriæ decus, ortus ab Osten
Nobilis exemplo hoc esse potest proprio:
Illius ambigua vita est obnoxia sorti,
Ceu natus, rursus vadit in ossa sopor,
Nec tamen æternus, qvoniã pars optima vivit:
In coelis, qvam vis corpus humus capiat.
Ut nive sub gelida stridentis tempore Brumæ
Semina sat longâ mortua morte cubant:
Ast ea vere novo Solis resoluta calore
Viva vides flavis luxuriare comis;
Sic ubi nos terræ mors mergit iniqua sub umbras;
Surgent è rigido corpora nostra solo.
Id solamen erit viduæ, mœstisq; relictis;
Istorum inscribat cordibus hocce Deus.

Sincerè condolens

f.

Philippus Henricus Friedlieb/
SS. Theol. D. & Ecclesiarum
Stralsund. Superintendens.

Heros Magne, Tuo quid non debemus honori?
Vicisti mundum, quem superâsse fat est!
Si quis plura volet, rectis se mentibus addat,
Est Schola rectorum bibliotheca loquens.

Bernh. Gosman, D.

Eheu, quod nullum lacrimis sine tristibus extat
Tempus, & est gemitu nulla vaciva dies.
E luctu in luctum trudent nos fata, dolorum
Fluctibus obruimur, perpetuisq; malis.
Nulla quies animo contingit, nulla voluptas,
Ætherei donec luminis usus ad est.
Nascimur in gemitu, in gemitu consumimus ævum,
Et tandem mundum linquimus in gemitu.
Quotidiana palam facit experientia vitam
Innumeris nostram luctibus esse gravem.
Vix satis heu Gnati fatum deflevimus, ecce
Mors causam gemitus suggerit atra novam.
Nam rapit hinc charum crudeli funere Patrem,
Præstantem meritis & probitate Virum.
OSTENIUM heu rapit hinc, clarum dum vita manebat,
Ingenio, charum sic Patrioq; foro.
Heu mihi quis tali in casu se temperet? ab quis
Non fletu, & falsis se maceret lacrimis?
Vir Pietate gravis, Probitate fideq; decorus,
Concidit ante diem, concidit atq; mihi.

A 2

O fera

O fera Parcarum feritas, ô sava potestas
Fati: ô mors: robur tale tibi unde venit?
Dic age, quis tantos indulget Juppiter ausus,
Hinc avidâ ut rapias optima quæq; manus:
Cur tua, cur magnis adeo est inimica potestas?
Quæ fuit injusta causa maligna necis?
Cur perimis sua quem virtus ad sidera tollit
OSTENIUM patriæ spemq; decusq; suæ?
Qui vitæ cursum tantâ cum laude peregit,
Ut fuerit Pylî dignus honore senis.
Non te religio, non te pietasq; fidesq;
Non movet ingenuæ te probitatis amor?
Nil genus, aut genii valet hîc felicis acumen?
Nil cultum doctâ Palladis arte caput?
Sed quid multa quæror? nil curas ista, malignâ
Falce hominum nullâ corpora lege metis.
Doctus & indoctus tibi par, tibi Crasq; & Irus
Idem, tu cunctos sub tua jura trahis.
Nunc puer effertur, nunc paucis grandior annis,
Nunc æger fragili conditione senex.
Nestoris hîc nil verba valent, nil robur Achillis
Nobile, nil Paridîs forma decusq; juvat.
Pulvis & umbra sumus, numerosus Horatius inquit,
Et redit in cinerem, quod fuit ante cinis.
Subdita damnosæ sunt legibus omnia mortis,
Hîc quæ terrarum maximus orbis habet.

Ergo

Ergò jaces PATRONE etiam, & sic servat atrocem,
Parca fidem, juvenes quæ rapit atq; Senes.
Sed quia nil præter communem passus es, omnes
Quæ stringit, legem, non tua fata querar.
Quin potius grator, placidâ quod morte solutus,
Nunc colis ætherei tecta beata poli.
Lucrifacit, quisquis subitò his de sordibus exit,
Dum sevit toto Martis in orbe furor.
En dum nos patimur, superis Tu latus in oris,
Gaudia tranquilla plena quietis agis.
Nobis Turcus atrox, Papæ mala turba minatur
Interitum, & cunctos dilaniare studet.
Tu verò curis mortalibus omnibus expers
Vivis in Angelico latus, ovasq; choro.
Nunc ergò OSTENI, qui factus es ætheris hæres,
Salveto æternos immò valeto dies.
Vixisti mundo sat notus honoribus amplis,
In CHRISTI gremio nunc tibi parta quies.

Piis Manibus

Desideratissimi Dn. Patroni Patris instar Venerandi
non sine lacrumis litat

M. Gregor. Schermer/
Pencun. P. Synodi Senior
& Præpositus.

Sidunt

Sidunt fulcra domus; lapsum cavet ecquis in orbe,
Vel querulo plangit tristia fata sono?
Cernimus ut Patriæ Fortes rapiantur anhelæ,
Quorum Consiliis floruit ista diu.
Mars sævit, placidâ necquicquam sede superstes,
Insuper in peius quicquid in Orbe ruit.
Ast mundo num sunt hæc cordi publica damna?
Dormimus miseri, vivimus inq; diem.
Prisca fides, pietas, Candor, jus nudaq; virtus
Temporibus ferme his exulat orbe feris;
Contra lis, livor, fraus, fastus, vina Venusq;
Non sine multorum funere scepra tenent.
Felix, quem pravo bona clausula segregat orbe,
Ne videant oculi plura subinde mala.

Observantia & Condolentia contestanda causa

f:

M. Johannes von Essen/
Past. & Prapof. Gingst. in Rugia.

Corpora pulvis erunt, mundi res præterit omnis, *Es. 51. v. 6*
Præterit omne melos, præterit omnis honor.
Gaudia prætereunt, velut angor præterit ipse,
Omnia terrigenum prætereant opus est,
Ast hæc prætereant, pia sed Meus floret in ævum,
Cætera cui sordent, præstat amare DEUM
Cui stat amare DEUM, Corpus redamatur & ejus,
Tempore quò justo vivificetur idem.

Qvæ

Quæ benè Nobilior reputans HEINRICUS ab OSTEN,
Sæpius ingemunt: Gaudia Vera DEUS *Pf. 72, 15.*
Firmaq; spes CHRISTUS, toto cui pectore nixus
Et vivo & moritur Cœlica regna petens. *Rom. 14. 8.*
Cœlica nunc ejus semper Mens gaudia gaudet
Et Corpus fruitur jure quiete suâ.

Officiosa & debita recondationis causâ

Andreas Hoppius Pastor
Mordorp.

IN quo certabat claro cùm stemmate Virtus,
Heu dolor occidit hic Nobilitatis Apex!
Si quem nobilior generis profapia Virtus,
Immunem mortis conditione daret,
Ob præstantes Heros magno pectore dotes,
Vivere perpetuo tempore dignus erat:
Eximia Huic Pietas cordi, vitæq; beata
Gaudia, vulneribus CHRISTE parata Tuis;
Huic antiqva fides, huic summa peritia rerum,
Ingenium placidum, sobria mensa fuit;
Largus opum, comis vultu, gravitate severus,
Ipse nocens nullis, omnibus æqvus erat,
Cunfilioq; Domum Patriam curâq; juvabat,
Hinc desiderium suscitât ipse Sui;
Hinc dolor & pietas cogunt me scribere triste,
Magne Patronæ tuas carmen in exequias,
Ast inter gemitus & tot suspiria tandem
Ad superos supplex talia vota fero:
Interea tumulto feliciter ossa jacete,
Ultima dum veniat. Judicis hora DEI.

Tum

Tum clangente tuba CHRISTUS descendet Olympo
Ac animæ junget membra sepulta Tua.

Condolentiæ & honoris debiti ergo faciebam

Johannes Gødenius
Pastor Sambtenſis.

DUm dudum expectat pacem Vir summus AB
OSTEN

Et nusquam pacem velle nitere videt,
In cœli secreta animum subduxit, & inde
Sollicitaturus pacis in orbe bonum est.
Hunc ergo o Proceres, Soboles, ſvaviſſima Conjux
Uberibus lacrymis plangite ritè Virum,
Virtutis cecidit Lumen, columenq; Dearum,
Aonidum, & noſtri magna columna ſoli,
In lacrymis tamen eſto modus: quia ſede receptus
Cælicolum, lætus gaudia læta capit.
Ah hæc quàm felix eſt permutatio, pacem,
Quæ dat pro bello: proq; ſolo alta Poli!

D D E.



^{1.}
Iff du Pommern deine Geigen
Ab bey ſeiten immer hin;
Laß zu Trauren deinen Sinn
Das zeitlich Ab-leiben neigen
Deſſen/ der hie Gottes Wort
Embſig hörte fort und fort.

Klagt

Klagt ihr Pommern die ihr schawet
Diß Land See und Kulen Strand
Klaget / iß wird in den Sand
Der gefencket / dem nie gravet
Der verschloßnen Weißheit Thal
Durch zu wandern über all.

Henget Eure leichte Lauten.
An den dürren Myrten Strauch /
Decket ewer Häupter auch
Tieff verhüllt mit bittern Rauten /
Flihet alle Freud und Lust /
Die euch je mag sein bewust.

Dem iß stehet auff der Bahre
Der diß Orts war Landes Zier;
Und der eyffrig mit Begier.
Seine blühte beste Jahre
Nur auff Tugend bloß gewand /
Den würgt ab des Todes Hand.

Ja was noch mehr / der die Sinnen
Wiedrig / diesem Land bereit
Mit gar hoher Embsigkeit
Früh und spät dacht zugewinnen
Der muß in das Grab hinein /
Und der Würme Speise sein.

Drumb erhebet eure Sinnen
O ihr Pommern stimmet an
Zu beweinen diesen Mann /
Dem der Todt legt groß Beginnen
Klaget / Trawret über all
Dieser werten Kronen fall.

B

Weil

Weil er denn nun hat geschlossen
Seines Lebens werten Lauff
Und die Seel geschickt hinauff
In den Ort da sie entsprossen
Da wo sie vorher gerühret.
Und den ersten Urspruch führet.
So ist billig daß wir schliessen
In das sanffte Grab hinein
Den Leichnam: und das Gebeyn
Mit viel Thränen stet begiessen
Weil er wird geschickt von hie
Zu dem Jesu gar zu früh.
Nun Betrübte laßt denn Schmerzen/
So ist ihre Seele trenckt
Wann sie an diß Leid gedenckt/
Also sehr nicht gehn zu Herzen
Gott der kan ihr Trawren stillen
Und sie bald mit Freud erfüllen.
Herr von Osten ist vor gangen
Und die Frommen folgen bald /
In verklärter Gestalt/
Da sie sich mit ihm umbfangen /
Wo die Englein jubilierten
Und die Seelen triumphiren.

Seinem hochaehtren Seel. Hn. Patrono,
Aus hochbetrübtem und mitleidenden Ge-
mühte überreicht dieses/

Samuel Heinrich Sommerfeld
Pastor zu Guffow in der Insel
Rügen.

Ad

Ad piè defunctum.

Gratuler? an trister quia nos VIR Magne relinquis;
Tristor, quum nostrum pensito rite statum,
Quando tuum, grator: Vitâ quod fungere, tristor
Cernens, quod Patriam tempora dura premant,
Et quod consiliis egeat Res-publica nostra,
Tanti magnanimâ nobilitate Viri;
Cum lacrumis video pia *Conjugis* ora madere
Tristor, tristitiam quo loquar ore gravem?
Cor tremit, imbre fluunt oculi, mentem occupat horror,
Cum *proles* resonat; proh! Pater occubuit,
Occubuit Genitor Nostri Spes, Gloria, Virtus,
Ostenidum meritò lausq; decusq; domûs.
Grata Deo pietas poscit deslere Patronum,
Dignum laude Virum Musa perire vetat.
Nam studuit nostris grato succurrere rebus
Subsidio, & variis consuluisse modis.
Publica privatis permista incommoda cerno:
Sic tua mors, eheu! quàm mala multa tulit?
Sic tristor, quum nos, tristi quos valle relinquis,
Intueor; Quum te pensito, lætus ovo.
Quod socium te communis superesse doloris
Præripiendo animam non pia fata velint.
Dum Proceres linquis, curarum pondera ponis;
Certior adspirans ad meliora gradu;
Ast sincera fides præclarum nomen habebit
Integritas vitæ vivet in orbe Tuæ.

Piè Defuncto
Promotori benefico
Hospiti liberalissimo
debitam observantiam his restatur dolens.
Josua Crüger Pastor Rambin.

W ij

Xuß

Des wolfeeligen Herrn Landkants noch bey seinem Leben
selbst e. wehlten Leich Text /

Des 73. Ps. v. 25. 26.

Herr / wenn ich nur dich habe / so frag ich nichts nach
Himmel und Erden / etc.

Seines 1. Kreuz-Lebens stetige Erfreung.

Ich gütig-reicher Gott / mein nimmer müde werden /
Meins Herzen Trost und Theil / im Himmel und auf Erden /
Wo du nicht bist bey mir / da mag ich gar nicht seyn /
Ersen gleich Lieb und Leid / bey dir ich bleib allein.

Was frag ich nach der Welt; sie wird doch eins vergehen /
Was acht ich ihre Pracht; sie kan doch nicht bestehen /
Was ist wol ihre Lust? nichts anders denn ein Traum /
Ihr Freude / wie ein Schnee / ein Wind / ein Wasser-schaum.

Es mag gleich Leib und Seel und alle Krafft verschmachten /

So wil ich doch dasselb in dir Herr nichts achten:

Diß Leyden bald vergeht / und wehret kurze Zeit.

Es bringet aber Freud / in grauer Ewigkeit.

2. Bittern-Todes hergliche Verfassung.

Drum gute nacht / O Welt! Du Schau-platz herber Schmerzen /

Du Kercker meiner Seel / du Folter meines Herzen /

Du grosses Unglücks-haus / du weiter Jammer-Saal /

Du Burg der Sterblichkeit / du tieffer Thränen-Thal.

Komm Jesu / du mein Theil / du Seele meiner Seelen /

Reiß / was mich hält / entwey / führ aus der Todren höhlen

Mein dir verlobtes Herz / das längst der Welt entwehnt /

Und ihr gecreuzet ist / das sich nach dir nur sehnt.

Mein irdisch Haus / der Leib / der Noth-stall meiner Sinnen /

Die Werckstadt herber Pein / die hohe Marter Zinnen /

Die muß zwar gehen ein / doch bleibt der werthe Schatz

Bey dir O grosser Gott / da nimmt er seinen Platz.

3. See

3. Eehlichen Ablebens tröstliche Zusprechung und
ewiger Freuden-geniessung

Ihr Allerliebsten mein / was rufft ihr mich zurücke?
Denckt / wo ihr und wo ich! Gönnt ihr mir nicht mein Glücke?
Ich ruh' / ihr sorgt! ich schlaff' / ihr wacht! ich sieg' / ihr krieget!
Ich lach' / ihr weint! ich hersch' / ihr dient! ich steh' / ihr liegt!
Ich bin gesund' / ihr krank! ich leb' / ihr must verschmachten /
Ich bin im sichern Port / dahin ihr noch must trachten /
Ich bin es nicht / ihr seyds / umb die man trauren soll /
Ich freue mich / ihr zagt / und mir ist ewig wol.
Was klagt ihr meinen Tod? wo das ein Tod zu nennen /
Das mir ein Leben gibt / die Freude zuerkennen /
So Gott verheissen hat / und die kein Aug gesehen /
Die ich izund empfind' und nimmer kan vergehn:
Beklagt vielmehr die Zeit / und Euer mühsam Leben /
Darum ihr ischwebt / mit Noht und Tod umbgeben /
Das man mit recht den Tod / als unrecht / Leben / nennt:
Denn wer sich hie vertiefft / was Leben / nie erkennt.
Ihr mein Liebsten mein / laßt ab von Euren Thränen /
Ich bin schon an dem Ort / darnach sich alle sehnen:
Ben Euch ist Krieg und Kampff / hier ist der Sieg und Lohn /
Auff Euch das Marter-Joch / ich hab die Gnaden-Krohn.
Das Schloß der Ewigkeit geht auff / Ich bin ankommen /
Ihr Kreuz / Freund' und Welt! Gott hat mich eingenommen /
Hie ist meins Hertzens Trost / hier wil ich leben dir /
Hier ist mein ewigs Theil / hier jauchz ich für und für!
Hier werd' ich meinen Schatz / so nach mir trägt verlangen /
Auch meine Liebes-Pfand / (wann Gott sie rufft) umbfangen /
Und drey mahl selig seyn / wann wir einander sehn /
In ewiger Freud' und Wonn' / in Jesus Hertzeln sehn.

EPITHAPHIUM

EN! PATRIÆ, PATER HEIC. SITUS, EST. HEINRICUS, AB, OSTEN-
 CRESPHYGETON, CHARITUM: CULTOR, ET. EUSEBIUS:
 STEMMAIS, OSTENIDUM, PRÆNOBILE, LUMEN AVITI:
 CROESLSICQVE, IRI NOBILE, DELITUM,
 VIRTUTUM, LAMPAS, PYLIIS, QVÆ, DIGNIOR, ANNIS:
 CONSILIO, ELOGIO, TUM, GRAVITATE, POTENS:
 PECTORA, CRYSTALLO, PELLUCIDIORA, PROFESSUS:
 LARGUS, OPE: COMIS: MITIS: AMABILIOR:
 Ampliorhunc tantum vexet ne lerna malorum
 Ocyus ipse Deus furripit ecce! Virum,
 RUGIA, DEFLET, EUM: POMERANIA, LUGET, ANHELA:
 FLET, SOBOLIS, PLEIAS: FLETQVE, MARITA, GRAVIS:
 IRENE, FLET, EUM: VIDUÆ: SYMMYSTA: PROFANUS:
 QVEIS, CECIDIT, PRONOEAE, SPESQVE, FIDESQVE, VETUS,
 ET, QVIS, NON, ILLUM, FLERET, QVI, NOVERAT, OMNI,
 MAJOREM, ELOGIO? SED, CAREO, ELOQVIO,

*Quod inter singultus & lachrymas summo suo per septennium iam
 desideratissimo Patrono posuit; Illo a. Eiusd. hic sanctam, mundo
 crucifixam, nunc beatissimam vitam lugens adumbravit.*

Schweichard Weinreich SS. Th. & Ph. St.

Pullata Pomeris & Gemebunda.

H*Ei mihi qualis eram! Terrarum splendida Gemma,
 Vel Caput aut Princeps. Hei mihi talis eram!*
 Seu divina Ducum reputaveris acta serenûm,
 Stemmata seu numeres, *Hei mihi talis eram!*
 Seu perlustrâris Barones atq; Dynastas
 Prælatosq; graves, *Hei mihi talis eram!*
 Seu referas tantos per plurima secla cornucos
 Nobilitate Viros, *Hei mihi talis eram!*
 Seu benè florentes repetas ex ordine Cives
 Magnificosq; Viros, *Hei mihi talis eram!*
 Seu recolas pecudes, pastus & ruris Alumnos
 Millecuplos fructus, *Hei mihi talis eram!*

Irri-

Irriguos Hortos seu celsa Palatia spectes,
Flumina seu fontes, *Hei mihi talis eram!*
Hei mihi qualis eram? Terrarum splendida Gemma,
Vel Caput aut Princeps, Hei mihi talis eram!
Nunc mihi Vix similis quantum mutata! periclis
Vexor perpetuis, *Hei mihi qualis eram!*
Qvot periere Duces? qvot Divum stirpe Dynastæ?
Et qvot Barones? *Hei mihi qualis eram!*
Expungat natura diem numeretq; nefastum
Qvi rapit infaustus Numina tanta mihi!
Qvot cecidere viri Cicerones, Gamalieles
Et qvot Platones, *Hei mihi qualis eram!*
Direpta pecudes, dispersis culta colonis
Svalent arva suis, *Hei mihi qualis eram!*
Templa tremunt, Arcesq; ruunt Turresq; de hiscunt,
Flamma rapit Villas, *Hei mihi qualis eram!*
Grandes Heroas Generosaq; Stemmata prima
Ultima fata premunt, *Hei mihi qualis eram!*
Nunc mihi vix similis nimium mutata periclis
Saucior innumeris, *Hei mihi qualis eram!*
Expungat Natura diem numeretq; nefastum,
Qvi mihi difficilis fata sinistra ciet.
Nondum cessabat tantorum Lerna malorum,
Hinc Nova Crux properat: *Lurida fata gemo!*
Nobilitatis Apex, sancta Pietatis Asylum
Et Virtutis honos: *Heu mea fata gemo!*
Maximus heu! moriens Heros HENRICUS AB OSTEN
Heu mihi subtrahitur: *Fata sinistra gemo!*
Causa subest: Variis Pupillam noverat ipse
Pascere Consiliis: *Heu mea fata gemo!*
Filius Eusebies precibus fortissimus Atlas
Me miseram fulsit: *Lurida fata gemo!*

Pax

Pax simul ipsa fugit, Tanti suspiria cessant
Dum pro pace Viri. *Lurida Fatagemo!*
Nil nisi damna mihi restant, sic omine tanto
Spiritus ipse docet: *Fata futura gemo!*
Expungat Natura Diem, numeretq; nefastum,
Qvi mihi difficilis talia Fata movet.
Plurima Monstra mihi, si mens non læva fuisset
Monstrârunt eadem Fata futura, gemo!
Hei mihi qualis ego! tremulo sub agone gemisco
Ingeminoq; sonos: *Hei mihi qualis ego!*
Tu miserece mei, cui sola potentia soli
Sancte DEUS, qverulis fata fatigo modis.

*Quam in Novissimam incomparabilis Viri & Generis Humani
revera Delicii deverentiam inter alias Aliorum in
genue Pietatis Lacrymas in scenam producebat*

Joach. Custerus Meckl. Philo-Theol.


Nobilis ille tibi quem nobilitat sua Villa
Stultus ait, Prudens judicat ast aliter,
Nobilis est verè quem nobilitat sua virtus,
Talis & HENRICUS Nobilis OSTENIUS.

Hic etenim variâ virtutum dote coruscans
Splendidus genus hoc reddidit Osteniûm,
Fama ejus laudes dudum super æthera vexit
Gloria florebit perpetuò Ostenij.
Cœlestem jubilans ascendit Spiritus arcem,
Inq; manus Domini venerat undè redit
In gremio terræ requiescat corpus, JESUS
Donec extremo suscitèt hocce die
Tristitia hæc tunc lætitiâ mutabitur atq;
Cælica pro lacrimis gaudia percipiet.


Ita parentari meruit

HENRICVS De Osten Nobilis PoMeranlæ. sc.
Timotheus Merhan SS. Th. Stud.

19. pyza



Irriguos Hortos seu celsa Palatia spectes,
Flumina seu fontes, *Hei mihi talis er*
Hei mihi qualis eram? Terrarum splendida Gem
Vel Caput aut Princeps, Hei mihi talis
Nunc mihi Vix similis quantum mutata! p
Vexor perpetuis, *Hei mihi qualis era*
Qvot periere Duces? qvot Divum stirpe L
Et qvot Barones? *Hei mihi qualis er*
Expungat natura diem numeretq; nefastur
Qvi rapit infaustus Numina tanta n
Qvot cecidere viri Cicerones, Gamalieles
Et qvot Platones, *Hei mihi qualis era*
Direpta pecudes, dispersis culta colonis
Squalent arva suis. *Hei mihi qualis era*
Templa tremunt, Arcesq; ruunt Turresq; d
Flamma rapit Villas, *Hei mihi qualis*
Grandes Heroas Generosaq;. Stemmata pri
Ultima fata premunt, *Hei mihi qual*
Nunc mihi vix similis nimium mutata peri
Saucior innumeris, *Hei mihi qualis*
Expungat Natura diem numeretq; nefastu
Qvi mihi difficilis fata sinistra ciet.
Nondum cessabat tantorum Lerna maloru
Hinc Nova Crux properat: *Lurida*
Nobilitatis Apex, sancta Pietatis Asylum.
Et Virtutis honos: *Heu mea fata ge*
Maximus heu! moriens Heros HENRIC
Heu mihi subtrahitur: *Fata sinistr*
Causa subest: Variis Pupillam noverat ipsi
Pas cere Consiliis: *Heu mea fata gem*
Filius Eusebies precibus fortissimus Atlas
Me miseram fulsit: *Lurida fata geo!*



the scale towards document

EN

Pax